

- Et quando iudicium hoc tollatur, & num. seq.
- 128 Cadaver emittens sanguinem, adducto accusato, tortura præbet iudicium.
- 129 Tacens & non respondens ei, qui verum spargi asserit, delictum fuisse ab ipso commissum, iudicium ad torturam facit.
- 130 Physiognomia mala alijs adiuta adminiculis, tortura facit locum.
- 131 Nomen malum & turpe, iudicium est ad torturam.
- 132 Delictum commissum præsumitur à commorantibus in loco, si frequenter eo loci delicta committantur, atque tortura iudicium est.
- 133 Fama malæ delinquentis, iudicium est ad torturam.
- 134 Præsentia in loco ubi delictum perpetratum fuit, tortura facit iudicium.
- 135 Eufus in quæstio, repertus sanguine madefactus iudicium tortura præbet. Et quando iudicium hoc diluatur, num. seq.
- 137 Vulnera reperta ad mæsuras gladij rei inculpato, iudicia sunt ad torturam sufficientia.
- 138 Torqueri potest reus accusatus, iuramentum calumnie delatum recusans.
- 139 Torqueri potest, qui cum armis præfens fuit in loco delicti commissi.
- Et quando iudicium hoc diluatur, ibid.
- 140 Denunciatio syndici, vel alterius officialis, alio adminiculo accedente, iudicium facit ad torturam.
- 141 Res subtracta furto penes accusatum reperta, torturam facit habere locum, si male conditionis, & fame sit.
- 142 Reus interrogatus respondere nolens, vel non meminisse se, aut recordari asserens, iudicium est tortura.

Q V A E S T I O LXXXIX.

QVAERO octuagefimononò, qualis esse debeat præsumptio, & iudicium, ut locus sit quæstionibus, & tormentis? Hanc egregiam iuris quæstionem proposui, & explicavi, sed generatim magis, quam speciatim, lib. 2. de arbitrarijs iudicium, casu 270. quo loci ex recepta DD. in iâ scripti, iudicij arbitrio relinquitur, quæ dici possint præsumptiones, & indicia sufficientia ad quæstiones, quam torturam vocant. Et illis accedunt Ant. Gomef. in commentarijs variarum resol. tomo 3. c. 13. de probatione delictorum, nu. 13. & Iacobus Nouel. in practica causarum criminalium, tit. Quæ indicia præcedere debeant, num. 17. & nu. 21. Nunc paulò vberius, & in specie magis, sicuti locus iste exoptulat, rem hanc explanabo. Dicimus itaq; ante oia quæ tortura, & quæstionibus locum esse, non solum quando extant præsumptiones, sed etiam quando adfunt sola indicia. (esse indicium quid minus ipsa præsumptione, ac etiam minus semiplena præsumptione diximus supra.) Ita equidem sola indicia sufficere ad torturam affirmavit gloss. notab. in l. cum probatio, ff. de probat. & ibi eam annotarunt Bal. Salic. Fulg. & Iacobinus à S. Georgio. Eam quoque probant Bal. in l. ult. in 1. de q. nu. 5. ff. quod metus causa. Ang. in l. 2. C. de quæst. Castr. in l. 2. §. 1. nu. 4. ff. si ex noxal. causa agat. & ibi Alex. & idem Alex. in conf. 89. col. 1. lib. 3. Frao. Brunus in tract. de indicijs & tortura, col. 1. Aegidius Bossius in tract. causarum criminalium, in tit. de indicijs & considerationibus ante torturam, num. 7. Ant. Gomef. in commentarijs variarum resol. tom. 3. cap. 13. de probatione delictorum, nu. 2. verific. aduertendum tamen. Hæc tamen indicia debent esse quæ probabilia, & vrgentia. I. milites, §. oportet, C. de q. Bal. in consil. 77. Adevidentiam præmittit, col. 1. lib. 3. Crau. conf. 6. num. 12. & in consil. 99. num. 1. Soc. iun. in consil. 39. nu. 5. lib. 2. & eiusdem opinionis alios plures recenset Rol. in conf. 24. num. 23. lib. 3. Imò, & si alijs (vt diximus supra q. 7.) iudicium sit minus semiplena probatione, attamen ut locus sit quæstionibus & tortura, indicia dicuntur semiplenam probationem facere, Ita Io. Baptista à

S. Severino in l. admonendi, nu. 72. ff. de iure iur. Alex. in conf. 89. col. 2. lib. 3. quos secutus est Soc. Iun. in conf. 39. num. 57. lib. 2. Et debent hæc indicia esse in sua specie perfecta, vt respondit Marf. in conf. 20. nu. 2. & in consil. 29. n. 7. Ceterum tota in eo versatur dubitatio, vnde & ex quib. oriatur hæc indicia, vt eiusmodi sint, q. b. locus sit quæstioni, & tortura? Et ex multis oriri scribunt. Ego aliquot hic enumerabo, atque explanabo, cætera diligens, atque studiosus lector apud alios fortè obseruabit.

Primum oritur iudicium ad quæstionem, & quæstiones sufficientes, quando vnus testis omni exceptione maior attestatus est de visu ipsius gesti actus, & commissi delicti. Ita celsit gl. notab. in l. 3. C. ad leg. Iul. maieft. in verbo, conuictus, quam quidem in hanc sententiam commendarunt ibi Cyn. Bar. Bal. Albe. Ang. & Salic. Idem scripserunt Bar. in l. 1. §. idem Cornelio, & in l. maritus, ff. de q. Bald. in l. milites, C. eo. de q. Alber. in l. 1. C. eod. Salic. in l. vlt. C. eod. & in l. in bonæ fidei, C. de iure iur. Abb. in c. at si clericus, in princ. nu. 14. de iud. Ang. Aret. in tract. maleficior. in verbo, fama publica præcedente, col. 4. verf. qualiter. Soc. sen. in conf. 54. nu. 1. lib. 3. Marf. in l. 1. §. idem Cornelio, nu. 12. & in l. maritus, nu. 30. ff. de q. & in pract. crim. §. diligenter, nu. 25. Capic. decif. 126. nu. 1. Ant. Gomef. tomo 3. variar. resol. cap. 13. de tortura reorum, nu. 6. Gram. in conf. 1. nu. 1. in conf. 37. nu. 1. Afflic. in commentarijs ad constitutiones Neap. in constit. quæ incipit, si damna clandestina, in 9. notab. & in constit. humanitatem, in 5. notab. Marf. in pract. crim. §. diligenter, nu. 3. Ludouicus Carrerius in pract. crim. pag. 41. in c. quæ autem, num. 1. qui alios recenfer, qui tamen hæc de re, ne verbum quidem faciunt. Idem affirmarunt Parisius in conf. 196. nu. 64. lib. 4. & Plotus in l. si quando, num. 879. C. vnde vi.

Verum Blancus in tract. de indicijs, num. 323. scribit, non esse necesse, quod sit omni exceptione maior, sed sufficere quod sit integer, & idoneus. Illa tamen communis sententia probatur ex l. 3. C. ad leg. Iul. maieft. vbi gl. in verbo, conuictus, declarat: Probatur & ea ratione, quia testis vnus de visu non solum facit iudicium, sed etiam semiplenam probationem, vt probat leg. 1. §. idem Cornelio, & l. maritus, ff. de quæst. vbi Bart. & ceteri, & Angel. in d. l. 3. C. ad Iuliam maieftat. Cæterum, vt locus sit huic iudicio, plura debent concurrere. Et primò requiritur, quod testis iste sit omni exceptione maior. Ita in specie scripserunt multi ex relatis, præsertim Carrerius. Et illis accedunt Soc. Sen. in conf. 54. num. 7. lib. 3. Ruin. in conf. 147. num. 3. lib. 4. Io. de Amicis in consil. 37. num. 6. Clarus in pract. crim. q. 22. Parisius in conf. 151. nu. 3. lib. 4. Plotus in l. si quando, nu. 879. C. vnde vi, alios plures eiusdem opinionis recenset Crauet. in consil. 9. nu. 11. & in conf. 99. nu. 4. vbi explicat, quod dicatur omni exceptione maior, & quò qualitas ista debeat probari. Quod sanè requisitum tunc cessat, quò adest quæ leuitas vitæ inquisiti. Ita Carrerius præcitato in loco, nu. 3. ex sententia Andreae Iernia. Requiritur secundò quod si aliæ circumstantiæ seu coniecturæ non resistant. Ita Bald. in l. 2. col. 1. C. quorum appel. non recip. Alex. in conf. 124. nu. 5. lib. 6. Marf. singul. 476. Gram. voto 3. nu. 21. voto 30. nu. 31. & voto 34. nu. 10. Carrerius in loco præallegato, nu. 6. Blancus in tract. de indicijs, nu. 324. Requiritur tertio, quod si alia coniecturæ, & indicia concurrant. Non enim sufficere creditur solum testimonium de visu. Ita tradunt Rom. in conf. 451. nu. 4. quod responsum est Baldi, vt apud eum in conf. 427. Quædam mulier, lib. 5. Marf. in consil. 74. nu. 12. in conf. 102. nu. 10. in consil. 116. num. 13. & sing. 342. idem in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæstio. & in pract. criminali, in §. diligenter, num. 5. Carrerius loco præallegato, nu. 7. qui alios hoc minimè affirmantes recenset. Cæterum ab hac traditione dissentire visus est Afflicus in commentarijs ad constitutiones

stitutiones Neapoli & in constitutione, si damna clandestina, in 9. notab. quæst. 2. num. 30. cum dixit alia indicia non requiri, & subiungit, impossibile quodammodo esse quod vbi adfit testis de visu, quin etiam ibi adfit iudicium ex fama, vel ex inimicitia. Conciliari fortè possunt hæc opiniones distinguendo, quod aut testis, qui deponit de visu, est omni exceptione maior, & tunc sufficit eius testimonium absque alijs indicijs, & coniecturis. Et tunc procedit opinio Afflic. Aut testis non est omni exceptione maior, & tunc alia indicia necessaria sunt. Et hoc in casu procedit opinio Baldi & sequacium. Habet locum illa recepta opinio, vt testis debeat esse omni exceptione maior, ad hoc vt iudicium ad torturam faciat, & etiam in crimine læsæ maieftatis, ita respondit Alex. in conf. 11. num. 2. lib. 1. quem secuti sunt Marf. in pract. crim. §. diligenter, nu. 6. Carrer. loco supra allegato in fin.

Declaratur prædicta traditio, vt locum non habeat, quando quæ iudex pro sui arbitrio, potest de causis capitalibus cognoscere. Nam tunc poterit adhibere fidem testimonio eius, qui non est omni exceptione maior, atque ita subijcere reum quæstionibus. Ita respondit Alex. in consil. 65. num. 9. lib. 1. qui huius opinionis recenset Gandinum, & illum secutus est Gram. decif. 34. num. 3. 1.

Secunda est præsumptio, seu iudicium sufficientes ad torturam, quod oritur ex confessione extrajudiciali accusati. Ita censuit gl. in l. capite 5. ff. ad leg. Iul. de adult. in gloss. vlt. quam ibi probatur Rayn. Bart. Ang. & reliqui. Ita etiam Bar. in l. quoniam, ff. de ijs, qui notantur infamia, & ibidem Bald. Ang. Castr. & Fulg. Idem Bar. in l. vlt. q. 2. ff. de quæstio. Bald. in l. vnica, num. 20. C. de confess. & in l. milites, col. 1. in fin. C. de quæstio. Salic. in l. vlt. col. 3. C. eod. Abbas in c. olim, col. penult. de rescript. & in c. at si clericus, in princ. nu. 16. & ibidem Felin. num. 6. Decius nu. 6. verf. circa secundum, & Alc. nu. 6. de iud. Idem quoque docuit ipse Abb. in c. quam sit graue, de excess. prælat. in c. si quis, de purgat. canon. & in c. de hoc. de sim. Franc. Brunus in tract. de indicijs & tortura, quæst. 3. primæ partis princ. num. 16. Ruin. in conf. 14. num. 2. lib. 5. Iaf. in l. magistratibus, nu. 4. & ibid. Decius nu. 10. & Purpur. nu. 16. ff. de iurisd. omnium iud. Marf. in l. de minore, §. tormenta, nu. 50. de quæst. Anton. Gomef. in tomo 3. variar. resol. cap. 13. de tortura reorum, nu. 8. Carrerius in pract. crim. pag. 47. in 7. iudicio. Petrus Follerius in pract. crim. in verbo. Et si confitebuntur, in secunda parte tertiar. partis, nu. 22. M. Antonius Blanc. in tract. de indicijs, num. 204. Iacob. Nouellus in pract. crim. in tit. ad defensionem, nu. 80. Simancas in catholicis instit. tit. 65. num. 27. Et huius sententia ea est ratio, quod si confessio extrajudicialis facit semiplenam probationem, vt scribunt Bar. & reliqui in l. ad monendi, ff. de iure iur. Multo ergo magis facit iudicium, quod alijs diximus esse quid minus ipsa semiplena probatione. Quo tamen locus sit huic iudicio, & præsumptioni plura requiruntur. Et quæquam Petrus Follerius præcitato in loco commemorat decem & septem requiritur: Attamen verè quatuor tantummodo sunt, reliqua enim sunt cæteris coniecturis, & indicijs cõia. Est sanè primum quod requisitum, quod confessio ista debeat esse verisimilis, atque ita debeat habere causam præexistentem. Nam si nulla subesset causa, qua ita factum dici posset, iudicium sumi non posset. Ita in specie tradunt Bald. in l. clarum, num. 4. C. de aucto. prælat. Capolla in consil. 33. num. 17. in crim. Blancus in tract. de indicijs, num. 207. Follerius loco præallegato, num. 4. Decius in l. magistratibus, num. 10. & ibid. Purpur. nu. 17. ff. de iurisd. omn. iud. & probat tex. in l. capite quinto, ff. ad leg. Iul. de adult. Et simile est, quod dicimus in crimine falsi, quod falsum sit non præsumitur commissum sine causa, vt dicimus in fr. lib. 5. præsump. §. 6. Illam autem verisimilitudi-

nem intelligunt præcitati Doct. respectu loci cause, temporis, & aliarum circumstantiarum.

19. Requiritur secundò, quod hæc confessio facta fuerit serio, non autem iocose, vt aliquando euenit inter adolescentes. Ita in specie scribunt Alex. in conf. 181. col. 2. verf. præterea, lib. 2. Marf. in pract. crim. §. diligenter, nu. 36. & Follerius in d. 2. par. nu. 10. qui idem esse ait, vt facta esse non debeat calore iracundiæ.

20. Requiritur tertio, quod sit confessio specialis, non autem generalis. Non enim sufficit, si dixisset quis se occidisse, vel factum commississe, nisi et dixerit, quem occiderit, quid subtraxerit, quo in loco & tẽpore. Ita Bal. in l. qm, col. pen. verf. 5. & vltimò, ff. de ijs qui notant. infam. & in l. in bonæ fidei, C. de iure iur. Francif. Brunus in tract. de indicijs, & tortura, part. 1. q. 3. num. 16. verf. aduerte tamen, Ant. Gomef. in 3. tomo variat. resol. cap. 13. num. 8. verf. limita tamen, Foller. in d. 2. parte, num. 13.

21. Requiritur quarto, quod hæc confessio sit probata testimonio duorum, ex quo dicitur iudicium remotum. Ita Bart. in l. vlt. col. vlt. ff. de q. & scribunt relati oes. Hoc requisitum est cõe cum alijs indicijs remotis. Hæt tñ nescio quid plus, cum maiori quadã diligentia iustificari debeant. Qua de re copiosè differit Follerius præcitato in loco.

Extenditur primò hæc sententia, vt procedat etiam si reus iste accusatus sit ætate minor, mò talis sit ætatis vt torqueri possit. Nã & eius confessio extrajudicialis iudicium facit ad torturam. Ita scribunt Bal. in l. clarum, nu. 4. C. de aucto. prælat. Marf. in l. de minor. §. tormenta, nu. 5. ff. de quæst. Ant. Gomef. in tomo 3. var. resol. c. 13. de tortura reorum, nu. 8. verf. quod notabiliter. Brunus in d. tract. de indicijs, & tortura, par. 1. q. 3. & Follerius in 2. parte, num. 27.

Extenditur secundò, vt procedat hæc sententia, etiã quando parte absente facta fuit hæc confessio. Ita in specie affirmarunt Bald. in l. quoniam, col. pen. ff. de ijs, qui notant. infam. Lucas de Penna in l. 1. col. 3. verf. sic. quod si quis confiteatur, C. de numerat. lib. 12. Gomef. in d. cap. 13. nu. 8. verf. rursus etiam, & copiosè Blanc. in d. tract. de indicijs & tortura, num. 211.

Extenditur tertio, vt procedat etiam in confessione tacita quæ oritur ex responsione accusati, vt si quis sit accusatus multis de criminibus, & interrogatus, an ea commiserit, neget se commisisse aliqua ex eis, cætera quæ non negauit, dicitur violenta præsumptione esse confessus, ita Bald. in l. siue possideris, num. 5. in fin. C. de probat. si ergo est præsumptio violenta, debet sufficere ad torturam. Et quæquam loquatur Bald. de actu iudiciali, idem tamen ego concederem in extrajudiciali, reliqua dicemus infr. lib. 6. sequenti, præsump. §. 6. cum explicabimus c. nonne, de præsumptione sumpta ex argumento à sensu contrario, & ab inclusione vnus ad exclusionem alterius.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc sententia, quod reus iste accusatus reuocauit confessionem hanc extrajudicalem.

Nam tunc non facit iudicium ad torturam. Ita Bald. in l. vnica, nu. 96. C. de confess. Iaf. in l. magistratibus, nu. 6. ff. de iurisd. omn. iud. Felin. in c. olim, nu. 2. de rescript. idem Fel. & ibidem Dec. in c. at si clericus, in princ. de iud. Purpur. in d. l. magistratibus, nu. 20.

Ceterum ab hac opinione dissentiunt Dec. in d. l. magistratibus, nu. 12. Blanc. in d. tract. de indicijs & tortura, nu. 203. & Gomef. in d. c. 13. nu. 18. verf. item etiam limita. Horum leuia argumenta nunc non confutabo, quia locus hic non postulat, vt singula excutiam.

26. Declaratur scdò, vt non procedat in confessione extrajudiciali facta corã sacerdote in confessione sacramentali. Nam hæc quis fuerit ab eo sacerdote detecta, attan nec fidem, nec iudicium corã illum confessum facit, vt torqueri possit. Ita Bal. in l. Archigerontes, C. de episc. aud. quem in specie secutus est Ant. Gomef. in d. c. 13. nu. 9.

27 Ea est ratio quia hæc confessio dicitur facta tanquam Deo, non autem tanquam homini, iuxta c. si sacerdos, de offic. ord. & c. dilectus, ubi gl. de excess. prelat. & gl. in c. omnis vtriusq; sexus, de penit. & remis. Et propterea illi sacerdoti nulla fides adhibetur in iudicio. Hanc tñ declarationem intelligit Gomez, præallegato in loco, quando verè confessus in ipso actu sacramentalis confessionis dixit, se deliquisse, secus verò, quando non in vim confessionis & penitentia, quia tunc licet ei dixerit in secreto, & protestatione præmissa, quod non debeat revelare, ac si sub confessionis sigillo dixisset, attamen si is sacerdos producitur in testè, potest & tenetur (inquit Gomez) revelare veritatem, ex sententia Innoc. in c. qualiter & quando, il. i. col. 2. de accusat. Abbat. in c. si sacerdos, de off. ord. Felyn. in cap. intrinseca, col. 2. & 3. de testib. & Dicit Thomæ in 4. sententiarum, dist. 21. q. 3. art. 1.

Cæterum existimo traditione hæc esse dubiam, cum relati Doctores loquantur, quando ageretur de delicto, vel in futurum committendo, vel quod in futurum adferre poterit alteri grave detrimentum, secus verò est in delicto iam commisso, quod quidem si incognitum est, detegi hoc modo non potest, vel si cognitum fuit delictum, sed incognita persona, non debet ipsa persona detegi. Ita copiose declaravi in consil. 107. nu. 77. num. 71. cum alijs subsequentijs. Et præterea admissio, quod commemorati Doct. loquantur de delicto iam commisso, ad huc Gomezij declaratio nõita absolute procedit, sed est distinguendum vna cum D. Thom. 2. 2. q. 70. artic. 1. in respon. ad secundum, aut sunt eiusmodi, quæ statim ea sciens debet palam facere, ut si non pertinent ad corruptionem (ut S. Doctoris verbis utar) multitudinis spiritualis, vel corporalis, vel si grane danum alterius respiciat. Nam tunc nõ potuit is, cui commissum fuit hoc secretum obligari, ne illud detegat. Et hoc in casu loquuntur Inn. Fel. & cæteri supra relati. Aut verò grave damnum alterius non respicit. Et tunc manifestare is, cui commissum est secretum non debet, nec potest illud detegere. Et diu Thomæ sententiã probarunt Adrianus in quodlibetis, q. 11. pag. 4. vers. ad quintam difficultatem, & Henric. Boic. in c. omnes vtriusq; sexus, in fi. de penit. & remisio.

Tertium indicium ad torturam sufficiens oritur ex 28 fama, si modo aliqua alia adminicula cõcurrant. Ita scribunt Bart. & reliqui in l. de minore, §. tormenta, ff. de q. ex illo text. Salic. in l. ea quidem. §. quia pp. de accusat. Gandinus in tract. de maleficijs, in rub. de q. & tormentis, vers. ad probationem fame. Beliusius in pract. crimin. in rub. de q. Bal. in l. voluntatis, C. de fideic. Ang. Aret. in tract. de maleficijs in verbo, fama publica præcedente. Ias. in repet. admonendi, num. 205. ff. de iureiur. Francil. Brunus in tract. de indicijs, & tortura, p. 1. q. 3. num. 32. Marfil. in d. §. tormenta, nu. 15. & in pract. crim. §. diligenter, nu. 25. idem in sing. 97. Ant. Gomez. in 3. tomò variat. resolut. capit. 13. de tortura, num. 10. Blancus in tract. de indicijs, & tortura, num. 313. Paris. in consil. 153. lib. 4. Carrelius in pract. crimin. pag. 42. in 2. indicio. Simancas in institutionum Catholicarum, tit. 65. num. 36. & nu. 37. Iul. Clar. in pract. criminali, §. fin. quest. 21. vers. fama; Crauet. in consil. 41. nu. 6. Gram. in consil. 17. nu. 10. in consil. 32. num. 7. in crim. idem in voto 34. nu. 3. Debent autem, (vt diximus) cõcurrere alia adminicula, alioqui sola ipsa fama non sufficere. Et ibi permulti ex præcitat. Doct. scribunt, quod si iudex ex sola nuda fama subiceret inquisitum quõmb. & ille fatetur delictum, illa confessio sibi non noceret. Et huius sententiæ ea est ratio, quia fama vim non habet testimonij,

29 sed vices accusatoris, vel iudicis obtinet. cap. qualiter, & qñ, l. 2. de accusat. Et præterea is, qui de fama testificatur, de auditu loquitur, & iniuriatorum voces audiunt, vt inquit Fabius Quintilianus lib. 5. in sit. orator. c. 7. quibus quidè iniuria affectis, vt & ille ait, nulla adhibetur fides

30 Et accedit, quod fama solet plus mali quam boni nunciare. Id quod significavit Ovidius lib. 9. Metamorph. *Fama loquax pervenit ad aures*
Dei amira tuas, quæ veris addere falsa
Gaudet. & à minimo sua per vestigia crescit.
Et Seneca in tragedia 4. scribit.

Fama vix vero fauet.
Et egregie Curtius lib. 9. de vita & gestis Alexandri Magni, refert Alexandrum ipsum Magnum de fama cõsuevisse hæc dicere. Nunquam ad liquidum fama perducitur, sed falsis mixta omnia illa tradente maiora sunt vero. Alia plura his similia congerit Simanc. in d. i. 65. num. 38. & nu. 40. Vt ergo fama indicium ad torturam 31 faciat, requiruntur hæc simul, quod reus vilis, & infamatus sit, & quod fama sit orta non à malevolis, aut lenibus hominibus, & testibus idoneis probata esse debet fama hæc. Ita præcitat. Doctores scribunt.

32 Declaratur primò hæc sententia, vt locum non habeat, quando fama esset vehemens. Nam tunc ipsa sola, absque alijs adminiculis esset sufficiens ad torturam. Ita respondit Bart. in consil. 91. Domino Paci. lib. 1. idem scripsit Bal. in c. 1. iniuria, de pace iuram. firman. Ias. in repet. admonendi, nu. 205. ff. de iureiur. Fel. in c. veniens, nu. 15. de testib. Brunus in tract. de indicijs, & tortura, par. 1. quest. 3. num. 32. Marfil. in l. de minore, in §. plurimum, numer. 29. de q. idem in sing. 97. & sing. 205. & in consil. 3. & in consil. 29. Carrelius in d. 2. indicio, num. 6. Gram. in consil. 57. num. 16. in crim. idem in decil. 34. num. 52. & in decil. 42. num. 11. Quæ autem dicatur fama vehemens, & relinquatur arbitrio iudicis, vt post Bartolum in d. consil. 10. scribunt multi ex relatis supra, & scripsi in lib. 2. de arbit. iudic. casu 261.

33 Declaratur secundò non procedere in his, quæ sunt difficilis probationis. Nam tunc sola ipsa fama sine alijs 34 adminiculis indicium facit. Ita Iul. Clar. in pract. crimin. in §. fin. q. 21. vers. cæterum.

35 Declaratur tertio, vt non procedat, quãdo cum fama concurreret denunciatio syndici. Ita Bar. in d. consil. 91. in fin. & in excusantur. §. ætas. ff. de excusat. Franc. Brun. in tract. de indicijs & tortura, par. 1. q. 3. num. 32. Carrelius in d. 2. indicio, num. 3.

36 Quartum indicium sufficiens, ad torturam oritur ex fuga. Ita in specie affirmarunt permulti, quos statim commemorabo. Quo hæc traditio clarior & apertior reddatur, distinguendi sunt aliquot casus.

37 Primus est, quando fuga obijciatur alicui tanquam crimini, & pro crimine. Hic casus ad rem nostram non pertinet. Hoc tamen in casu censent omnes, quod statim quo probata est ipsa fuga, dicitur probatum delictum, l. desertorem, ff. de re milit. l. 1. & l. 2. C. de deserto. lib. 12. & ibi tradunt omnes. Io. Andree in annot. ad Spec. in tit. de præsump. §. species, num. 3. in fin. & Fran. Brunus in tract. de indicijs & tortura, parte prima, quest. 3. num. 7. Girland. in tract. de relaxat. carceratorum, in tit. de fuga, num. 3. Iulius Clar. in pract. criminali, §. fin. quest. 21. in vers. fuga.

38 Secundus est casus, quando fuga obijciatur pro alterius probatione, quod sanè crimen sufficit probare ex suspitione. Hoc in casu fuga sufficit, ex quo eum suspicatum facit. l. publicis, §. præterea, ff. de suspic. tutoribus. Et hunc casum affirmare omnes, asseruit Brunus in d. quest. 3. nu. 7. Girlandus vbi supra, num. 3. Iul. Clar. vbi supra.

39 Tertius est casus, quando eiusmodi est crimen, vt ad eius probationem requiratur plena probatio, & iste fugit ante inchoatum processum, & vocatus non reuertitur. Hoc sanè casu fuga facit indicium, Ita Brunus in d. q. 3. num. 7. vers. primò casu, qui sentit hoc indicium esse sufficiens ad torturam. Bossius in tract. causarum crimin. tit. de indicijs, num. 49. & idem censent alij permulti, quos

quos recenset Clarus in d. q. 21. in vers. fuga, qui communi esse sententiam testatur.

40 Declaratur primò hic casus vt non procedat, qñ hic qui fugit, & vocatus ad iudiciũ, & venit. Nã tunc illa fuga facit nullũ indicium. Ita Bart. in l. quid sit fugitiuus. §. scienti, ff. de edil. edict. atque ita intelligitur gl. l. 1. §. emanator, ff. de re milit. idẽ scripsit Brun. præcitato in loco, vers. primo casu, Io. de Amicis in consil. 7. nu. 19. & in consil. 85. nu. 8. Clar. in d. §. fin. q. 21. vers. fuga, in fine.

41 Declaratur secundò, vt procedat, quando aliqua iustitia vel colorata causa subesse potest, vt hic abesse caperit. Nam tũc illa fuga, vel verius absentia eius suspectum non facit. Exemplum, vt si is qui ob factiones timet, ne ipse occidatur, et si innocens sit de morte alicuius, qui alterius factionis erat, vel timet, ne falsò ab adversa factionis viris accusetur, nam tunc si aufugit, indicium non facit contra se ad torturam. Ita Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. Brun. in d. q. 3. nu. 6. vers. aut aliqua iustitia.

42 Adfertur etiã aliud exemplum, vt si iste confuevit sepe recedere ab vrbe, & etiam ad remotas regiones proficisci, puta ex causa negotiationum, vel similem ob causam. Nam tunc sua absentia indicium aliquid nõ facit. Ita Bald. in d. l. in bonæ, C. de iureiur. Rom. in l. admonendi, nu. 25. ff. de iureiur. Brunus in d. q. 3. nu. 8. Carrelius in pract. crim. pag. 44. in 3. indicio, nu. 6.

43 Tertium exemplũ, quando hic qui aufugit, timebat scititiã iudicis, quia ita quire in homines confuevit. Ita scribit Girland. de relaxat. carceratorum, tit. de fuga, nu. 10. Est & quartum exemplum, vt si timebat ne de facto prehenderetur, & carceri includeretur, tunc enim fuga nõ facit indicium, sicuti scribit Bar. in l. quid sit fugitiuus, §. 1. ff. de edil. edict. Io. de Amic. in consil. 7. nu. 18. Girland. in tract. de relaxat. carcerat. tit. de fug. nu. 9. vers. 3. limitatur. Carre. in d. 5. indicio, nu. 8. Quod sanè exemplũ eo magis procedit in his, quibus summa esset verecundia, si carceri includeretur, vel si ob ætatem carceris duritie ferre non possent, quæadmodũ Demosthenes sua in epistola. 2. de suo reditu se excusat, quod iudiciũ Atheniensium effugisset. (Demosthenis verba hæc sunt,) Iã ob diffeffum meum iure irasci mihi non potestis, neq; enim ideo abij, quod de vobis desperarem, aut vspiam aliò respicerem, sed primum carceris ignominiam animo ferebam grauitè, deinde propter ætatem, afflictionem illã corporis perpeti non poteram, denique & vos non nolle putabam, illam contumeliam me effugere, quæ neq; vos quidquam inuabat, & me perdebat. Hæc ille.

44 Quartus est casus, qñ aufugit accusatione & querela iam proposita, ante tñ citationem factã. Hoc in casu, hæc fuga nullum facit indicium, sed aliqualem suspitionem, vt probat tex. in l. in lege Cornelia, ff. ad Sylla. Ita Bar. in l. 1. ff. de bonis eorũ, qui sibi mortẽ cõsciue. Ang. in l. vlt. ff. de q. Rom. in l. admonendi, num. 25. ff. de iure iur. Bru. in d. tract. de indicijs & tortura, part. 1. q. 3. nu. 9. Dec. in consil. 23. num. 1. Marfil. sing. 115. & sing. 497. Carre. in d. 3. indicio, nu. 14. Girland. in tract. de relaxat. carceratorũ, in tit. de fug. nu. 4. Boer. q. 215. nu. 7. Hec tñ suspicio, maior aliqñ, & aliqñ minor pro personarum, & rerum circumstantijs est, ob id iudicis arbitrio quanta sit relinquatur, vt in specie admonuit & resẽ Simancas in catholicis instir. tit. 65. nu. 89. Euenit enim aliquãdo, vt & innocetes formidolosi fugerent, veriti iudicũ seuitiam, aut potentia inimicorũ, aut falsos testes. Extat celebre exemplum Alcibiadis, qui (vt auctores sunt Plutarchus in illius vita, & Aelianus lib. 13. de varia hist.) cum ad eausam pro capite dicendam, è Sicilia vocaretur ab Atheniensibus, obtemperare noluit, stultũ existimans iudicium querere, nõ fuga sibi consulere, cum fugiendi datur facultas. Et cum quidam diceret, an non credis te ipsoni patriã respondit, imò ne matri quidẽ crederem. Timentem enim, ne fortè per imprudẽciam, aut errorem

40 veritatis, nigrum calculum pro candido submitteret. Declaratur hic casus, vt non habeat locum quando alia suspicio esset contra hunc qui fugit. Ita tradit Angel. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica, nu. 45. Carrelius in prædicto 3. indicio, nu. 16. Gram. in consil. 32. num. 7. in crim.

41 Quintus est casus, qñ accusatione, & querela proposita, cum adhuc esset in sua libertate aufugit, & vocatus ad iudicium non venit, sed in contumacia perseuerauit.

42 Hoc sanè casu fuga ob illã contumaciã facit indicium, si modo concurrat leuitas vitæ accusari, vel aliud adminiculũ, vt scribunt Bal. in l. 1. C. de hæc. instir. Castr. in l. raptores, C. de episc. & cler. Paris. Put. in tract. de syndicatũ, in verbo, tortura, l. 3. vers. sequitur qd. qui admonet pro qualitate, & conditione personæ, esse procedendum, Marfil. in pract. crim. §. diligenter, num. 136. & in l. pen. in fine, ff. de q. idem in sing. 117. Gram. in consil. 32. nu. 8. & in consil. 45. nu. 27. & decil. 11. nu. 15. Carre. in d. 3. indicio, num. 17. qui subiungit hoc procedere, quando contumacia fuit legitime contracta. Nam si aliquam ob causam se excusaret, indicium sufficiens non esset.

43 Sextus est casus, qñ iam proposita querela & carceri mancipatus aufugit, non fracto tamen carcere. Hoc in casu fuga hæc indicium facit ad torturam. Ita Fel. in c. nullus, & ibi Dec. nu. 7. de præsumpt. Marfil. in pract. crim. §. diligenter, nu. 22. Carrelius in d. tertio indicio, nu. 31. Gram. in consil. 57. nu. 2. in crimina.

44 Declaratur primò vt non procedat, quando iste erat iniuste incarceratus. Nam tunc eius fuga non facit aliud quod indicium ad torturam. Ita Alex. in consil. 144. nu. 7. lib. 2. Afflicti. in comment. ad constit. Neapol. in constitutione, quæ incipit Clementia, in fin. tertij notab. Carre. loco iam citato, num. 15.

45 Declaratur scđo, vt nõ procedat qñ iste recessit è carcere animo redeundi, vt quia postea statim redijt. Nam tunc nõ facit indicium ad torturã. Ita Barbat. in l. quid sit fugitiuus, §. 1. de edil. edict. Carrelius in d. 3. indicio, nu. 25. & nu. 27. qui eiusdem sententiæ alios commemorat, Girlandus in d. tract. de relaxatione carceratorum, tit. de fuga, nu. 7. vers. hæc tñ exceptio, qui explicat. quomodo animus ille reuertendi probari possit.

46 Septimus ac vltimus est casus, qñ iste aufugit fracto carcere, vel ruptis compedib. Hoc sanè casu non solũ hæc fuga indicium facit ad torturã, verũ etiam plenam probationem facit, quoad condemnationem, modò fuga hæc fuerit facta cum conspiratione. Ita probat l. in eos, ff. de carcer. vbi Bart. & Alberic. & ibi quoque in annotat. ad Bar. idẽ affirmarũt Paris. Put. in tract. de syndicatũ, in verbo, carcer. vers. qualiter. Felinus in c. nullus, de præsumpt. Girland. in tract. de relaxat. carceratorum, tit. de fuga, nu. 5. Carrelius in dicto 3. indicio, nu. 32. Roland. in cõf. 7. nu. 46. lib. 1. & Iulius Clarus in dicta pract. cri. §. fi. q. 21. vers. tertio aut modo. Erãt tñ aliqui casus in quibus sola ipsa fuga absq; conspiratione plenam probationem criminis facit, sicuti in crimine hæresis. In quo quidem dicimus, quod fugiens è carcere illo effraçto, dicitur re lapsus. Ita Fel. in c. excõicamus, il. 1. n. 7. de hæret. Idem dicimus in fuga, & quam facit magistratus tempore syndicatus. Nam illa fuga infert præsumptionem violentam, quod in officio deliquerit. Ita probat l. consiliarios, C. de assessor. & tradit Franciscus Brun. in tractatu de indicijs, & tortura, part. 1. quest. 3. num. 11.

47 Declaratur primò vt locum non habeat, qñ fuit iniuste detentus. Nã si fracto carcere aufugit, nõ facit fuga indicium ad probationem, & condemnationem. Ita scribunt Paris. Put. in tract. de syndicatũ, in verbo, captura, vers. si iudex. Marfil. in pract. crim. §. attingam, num. 38. Carrelius in dicto tertio indicio, num. 36. Rol. in d. consil. 7. nu. 47. lib. 1. & Iulius Clarus præcitato in loco. Alias declarationes commemorat Girland. in tract. de relaxat.

Tomus Primus. G 2 tione